



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

I. Responsalium usus in urbe regia desivit occasione hæresis
Monothelitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15617

torem, non autem proprio nomine litigare. Quod soli Augustæ communicatur.

III. Jurisdictionis autem nullam partem attingebant Responsales, nisi ex delegatione speciali, quæ aut à Principe fiebat aliquando, aut à Summo Pontifice. Prioris generis est delegatio Honorati Diaconi & Responsalis, cui Mauritus Imperator mandavit, unâ cum Sebastiano antigrapho, judicium appellationis quam Hadrianus Episcopus Thebanus interposuit ad Principem à sententia Larissæ Metropolitanæ. Posterioris extat illustre exemplum in cognitione Pauli Alexandrini, cui præfuit Pelagius Apocripharius ex mandato Vigilij Papæ, cum literis & consensu Iustiniani, de qua dictum est superius cap. XVI. §. v. hujus libri. Aliud exemplum hujus delegationis legitur in regeſto Gregorij Magni. Hadrianus Episcopus Thebanus, provinciæ Theſſaliæ, à Pelagio II. Pontifice obtinuerat ut à Ioannis Episcopi Larissæ Metropolitanæ sui, sibi graviter suspecti, jurisdictione eximeretur. à qua tamen in Hadrianum exercenda Ioannes non cessavit. Quam illi audaciam Gregorius Magnus exprobrat, ejusque contemptum communionis abstentione vindicari potuisse docet. Tamen nos, inquit, humanius decernentes, communionis que tibi sacramentum interim conservantes, decernimus ut fraternitas tua ab eo Ecclesiæque ejus omnem antehabite sue potestatem jurisdictionis abſtineat, & secundum decreta decessoris nostri, si qua caussa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria adversus præſatum Hadrianum consacerdotem nostrum potuerit evenire, vel per eos qui nostri sunt vel fuerint in urbe regia Responsales, si mediocris est que estio, cognoscatur, vel huc ad apostolicam sedem, si ardua est, deducatur, quatenus nostre audientie sententia decidatur. Ex hoc loco constat mediocres causas, id est, minoris momenti, minusque ambiguas, Responsalibus delegatas; eo tantum casu quo Episcopi à perveracis Metropolitanæ jurisdictione exempti erant, quod nonnisi rarissimè contingebat.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

IDEO Gregorius causas provinciæ Theſſaliæ ad se traxit, quòd Illyricum, in quo sita erat hæc provincia, apostolicæ sedis auctoritati patriarchicæ subiectum esset; ut probatum est in cap. v. §. 111. libri primi. Sed nuper in lucem emissa est ab Holstenio synodus Romana post consulatum Lampadij & Orestis habita à Bonifacio II. Papa, in qua Theodosius Echinienſis civitatis Episcopus Theſſaliæ provinciæ dixit: *Nam constat venerandos sedis*

vestra Pontifices, quamvis in toto mundo sedes apostolica Ecclesiarum sibi jure vindicet principatum, & solam ecclesiasticis causis undique appellare necesse sit, specialiter tamen gubernationi sue Illyrici Ecclesias vindicasse. Tum profert epistolas præteritorum sedis apostolicæ Pontificum, Damasi, Siricij, Innocentij, Bonifacij, Celestini, & aliorum, quæ docent Illyricum sedis apostolicæ constitutum paruisse, easque in Concilio reſegi postulat ex scrinio Ecclesiæ Romanæ, quod & factum est. In libello verò Stephani Episcopi Larissæ, quæ Theſſaliæ metropolis est, dato ad eundem Bonifacium Papam, & in hac Romana synodo recitato, legitur: *Apostolicam sedem, id est, vestram beatitudinem, causas nostre provinciæ & audire convenit & finire.* Sed de potestate & auctoritate Summorum Pontificum in Ecclesiis Illyricianis plura dicturi infra sumus in supplemento istius libri, cap. XIX. & sequentibus.

CAPVT XVIII.

Synopsis.

I. Responsalium usus in urbe regia deservit occasione hæresis Monothelitarum.

II. Constantinus Pogonatus eorum usum restituere procuravit. Sed liberam legationem postulavit. Eius petitioni se Leo II. accommodavit; non tamen concessa plene legationis auctoritate. Prudenter id factum, ut machinationibus Patriarcharum Constantinopolitanorum iretur obviam.

III. Provisum id quidem sapienter fuerat, sed parum felici eventu. Quippe Legati apostolicæ sedis in laqueos inciderunt in synodo Trullana; cujus canones repudiat Sergius Papa. Basilius Goryne Metropolitani se illic inscripsit Legatum totius synodi Ecclesiæ Romanæ. Legatio ejus explicatur.

IV. Balsamo contemdit eam synodum fuisse Oecumenicam, quòd ei Legati sedis apostolicæ interfuerint, quos recenset. Eius impostura detegitur. Quid sit charta pura que in subscriptionibus Conciliorum relinquebatur Episcopis absentibus. Anastasius Bibliothecarius illustratur.

V. Romani Pontifices prorsus abstinerunt à mittendis Constantinopolim Apocriphariis post seculum septimum. Imperio tandem ad Francos translato, Legatorum magna fuit assiduitas & mora in eorum comitatu. Illo mittendarum legationum officio Romanam sedem absolvit Carolus Calvus.

I. RESPONSALIUM usus in urbe regia deservit occasione hæresis Monothelitarum: quæ à Patriarchis Constantinopolitanis Sergio, Pyrrho, & Paulo publicata, & ab Heraclio Imperatore Ectheſeos suæ promulgatione & à Constante Typi editione fota, Severinum, Ioannem quartum, Theoderum, & Martinum Pontifices ad damnandam impietatem illam provocavit. Gravissimo itaque in Romanam Ecclesiam odio perciti Constans & Paulus, Apocripharios apostolicæ sedis à Theodoro missos Constantinopolim ad insinuandam Typi & novæ hæreseos damnationem, & revocant-

Idem lib. 1.
ep. 46.

S. Gregor. lib. 1.
Ind. 11. epist. 7.

dum à scelere Paulum , atrocibus injuriis af-
fecerunt ; plurimisque eorum Sacerdotum
qui eis adhæferant in exilium detrufis, & ver-
beribus contumeliose cæfis , tandem verò
anno DCLIII. Martinus ipfe Summus Pon-
tiffex à fede abreptus , in Cherfonam Ponti-
cæ Diœcefeos urbem deportatus eft.

II. Electus Vitalianus Papa Refponfales
quidem *juxta confuetudinem* mifit ad regiam
urbem, quemadmodum obferuat Anaftafius,
ut fuam ordinationem fignificaret Conftan-
ti, non autem ut Apocrifarij in comitatu de-
gerent. Idem enim auctòr adnotavit, privile-
gijs Ecclefie renovatis Romam fuiffe rever-
fos. Tandem fopitis dogmatum controver-
fijs, & Ecclefiarum fchifmate per Sextam
Synodum generale extindò , Conftanti-
nus Pogonatus ufum Apocrifariorum in pa-
latio refidentium refituerere procuravit. Sed
liberam legationem, nullis mandatis restric-
tam, poftulavit; ita ut Legatus in omnibus
emergentibus negotijs, feu fidem feu difci-
plinam refpicerent, Pontifficis perfonam ex-
primeret. Hæc funt ejus verba in epiftola ad
Leonem II. Agathonis fuccefforem: *Horta-
mur porò veftream fanctiffimam fummitatem ut
quamprimùm mittat defignatum ab ea Apocrifia-
rium; ut is in regia & à Deo confervanda noftro
urbe degat, & in emergentibus, five dogmaticis,
five canonicis, ac prout in omnibus ecclefiafticis
negotijs veftre fanctitatis exprimat ac gerat per-
fonam.* Prudenter autem Leo ita fe petitioni
Conftantini accommodavit, ut Refponfa-
lem fuum delegaret Conftantinum Subdia-
conum; non tamen concessa plenæ legatio-
nis auctòritate, fed eo tantùm munere injun-
cto quod Apocrifariis imponi folitum erat,
fuggerendi fcilicet & infinuandi Principibus
quæ neceffaria viderentur, fcilicet refervata
fibi, ad relationem Refponfalis, decernendi
potestate. *Præfentis denique fuggeltionis, in-
quit Leo, exiguum peccatorem Conftantinum
Subdiaconum, regionarium hujus fanctæ apofto-
licæ fedis, qui & nuper cum Legatis apoftolica
memoria prædecefforis mei interfuit fanctæ fyno-
do inibi celebratæ, clementia confueta dignum
exceptione cenfeat veftro regalis magnanimitas,
ejusque fuggeltionibus aurem pietatis accommo-
det, ut autem miniftrum dignanter fufcipiat.*
Non inutilis erat hujus meditati confilij cau-
tio ad vitandas Patriarcharum Conftantino-
politanoꝝ machinationes; qui fuæ fedis
amplificationi femper intenti, terrore & mi-
nis Principis affenfum Legati ad res novas
conftituendas extorquere potuiffent, ut fal-
tem non incolorata videri poffet immutatio
quæ fedis apoftolicæ auctòritate aliqua mu-
niretur.

III. Attamen prudentia fua obtinere

Pontiffices non potuerunt quin eos in la-
queos incidere à quibus tam ftudiofè fibi
cavebant. Etenim anno DCXCII. Iuftinia-
nus Rhinotmetus Imperator, à Petro Con-
ftantinopolitano Epifcopo follicitatus, Con-
cilium coëgit, quod Trullani nomine affum-
pto, centum & duos canones edidit, opti-
mos quidem illos, & qui antiquam difcipli-
nam ut plurimum redolent, præter tres, aut
quatuor, qui Romanæ Ecclefie confuetudi-
nes quasdam emendare conantur. Ceterum
ut color aliquis novis illis decretis quæftus
videretur, fynodus illa Oecumenicæ titulum
affumpfit, ob Romanæ fedis auctòritatem
adhibitam. Legati enim apoftolicæ fedis
huic Concilio interfuerant, ut obferuat Ana-
ftafius; id eft, ut ego quidem interpretor,
Apocrifarij feu Refponfales, qui munere
fuggeltionis fungebantur. Neque enim Ser-
gius Papa Legatos mandatis fuis inftrectos
ad eum conventum tranfmiferat; quem
damnavit ut illicitum, ejusque canonum le-
gationem repudiavit; rejecta Iuftiniani poftu-
latione, qui Pontifficis fubfcriptione firmari
gefta vehementiffimè cupiebat. *Hujus itaque
temporibus, inquit Anaftafius in vita Sergij,
Iuftinianus Imperator Concilium in regia urbe
juffit fieri; in quo & Legati fedis apoftolicæ con-
venerant, & decepti fubfcripferant. Compellaba-
tur autem & ipfe Papa fubfcribere; fed nullatenus
acquievit.* Bafilius Epifcopus Gortynæ, Me-
tropolitanus provincie Cretæ, eam legatio-
nem tunc folus obibat: quæ potiori jure illi
impofta fuerat, utpote Illyricanæ Diœce-
feos & patriarchatus occidentalis Epifcopo,
quàm olim Iuliano Epifcopo Coënfis provin-
ciæ Rhodiæ, qui primus pro Leone refponfa
egit Conftantinopoli. Hinc quoque factum
ut ad calcem horum canonum Bafilius, unus
ex Epifcopis Occidentalibus, fe Legatum in-
fcripferit totius fynodi Ecclefie Romanæ;
exemplo trium Legatorum Agathonis &
fynodi Occidentalis, qui hoc nomen in Sex-
ta Synodo affumpferant. Eo titulo ipfe quo-
que Bafilius ornatus fuerat tempore Sextæ
Synodi, ut patet ex ejus fubfcriptione quæ
habetur Actiõne XVI. Sed illo auctus non
fuerat, ut unà cum ceteris tribus Legatis vi-
ces Concilij Occidentalis in ea fynodo im-
pleret; cum nec in literis Agathonis, nec in
epiftola Conftantini Pogonati, inter eos re-
cenfeatur. Sed legatio quædam ordinaria illi
conceffa fuit, ut Refponfalem ageret ordi-
narium fynodi Romanæ nomine; quemad-
modum Diaconus mittendus à Papa, ref-
ponfa ecclefiaftica nomine Pontifficis facere
debebat. Vnde factum ut Bafilius legatio-
nem illam ordinariam poft folutam Sextam
Synodum retinuerit; qua defunctus

Vile fuprà cap. 11.
p. 6. & 6. hujus
libri.

In fubfcriptionibus
canonum Trulla-
norum: Βασιλιου
ἐπισκοπου της
καθημενης κα-
θημενης της οί-
κου της ρωμης
καθημενης, & οὗτοι
ἐπισημασθησιν
αὐτοῦ τῆς α-
γιᾶς ἐκκλησιας
καθημενης.

tabula. q. 11.
l. 1. h. 1.
p. 1. l. 1. h. 1.
m.

tab. h. 1. h. 1.
p. 1. l. 1. h. 1.
m.

77. 114